

tam transit Gentilitatem Gentiles illuminata Evangelicæ prædicationis luce, putat arguere, & nervosè probat Alcazar noster Apoc. 12. Ei accino libenter: sed non negabit, quæ de Ecclesia dicuntur, satis congruè & exactè in Deiparam cadere, ad cuius exemplar si componatur Ecclesia, perfecta erit. Igitur Virgo Mater est, quæ tota luminosa, tota Evangelicæ doctrinæ symbolis, Sole, luna & stellis circumamicta ad Gentiles advolavit, eos illuminatura Evangelii luce. Hoc certè magnum Deigenitricis negotium fuit, etsi Apostolorum prædicatione id peregerit. Unde illa Virginis vox Cant. 7. 11. Veni dilecti mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis. Quasi dicat, ait Guilielmus Abbas Beccensis: Exeamus in mundum universum, & prædicetur Evangelium omni creatura. Cæterum, quid quæsitio est, quod ad illam omnium Gentium illuminationem, Sole, Luna

Deipara tota luminosa, & Evangelicæ doctrinæ symbolis amicta ad orbis illuminationem, Cant. 7. 11.

Guilielm.

& stellis circumvestiatur Deipara? Nonne fat erat vel ad instar Solis, vel lunæ in morem, vel quasi fulgentissima sidera circumfulgere? Accipe pulchrum sapientissimi Idiota: responsum ad rem persimilem, in lib. de laud. Virg. c. 1. & 2. Neque sol perpetuò nobis splendat, cum contraria vicissitudine nox diei succedat: nec semper luna orbem illustrat, cum calorum conversione noster hic mundus certo temporis spatio tenebris obvolvatur. Maria verò & sole, & luna, & astris illustrior suo lumine, nulla sui commutatione aut vicissitudine, complet & ambit omnia, flammis illustrat, luce vestit. Ecce tibi, cur Maria sole, lunâ & stellis circumamicta appareat; ut ostendat, perpetuò hominibus splendè præ-lucere, semper orbem illustrare, & Evangelicæ totius doctrinæ vario ac multiplici lumine, ac luce indeficiente omnia complere, ambire, lustrare, vestire.

Perpetuò hominibus præluet, semper illa, nox diei, Idiota.

Verf. 46. Adhuc doctrinam quasi Prophetiam effundam; & relinquam illam quærentibus sapientiam; & non desinam in progenies illorum usque in ævum sanctum.

ARGUMENTUM.

Evangelicæ doctrinæ perennitas.

NEquis falsò existimaret, Christianam Sapientiam vel temporis decursu omnia facile ablumentis, vel Tyrannorum malitiâ quandoque hominibus abfuturam; verissimè ac seriò promittunt Jesus & Maria, fore certò in Ecclesia orthodoxa perennandam Evangelicam doctrinam usque ad mundi exitum, ea planè certitudine, virtute, & soliditate, quæ ingenta illi est, ita ut præstò sit semper & ubique cuivis eam exquirenti.

TEXTUS ENODATIO.

Tigur.

Græca.

Syrus.

Camer.

Sensus verborum.

2397 **T**igurina ita legit: Etiamnum effundo doctrinam ut oraculum, perque seculorum atates emitto eam quærentibus. Græca verò sic habet: Adhuc doctrinam ut Prophetiam effundam, & relinquam ipsam in generationes seculorum. Syrus, Et relinquam illam in generationes multas. Complutenses, & Druisius pro adhuc legunt quoniam, vel nam; ut sit causalis particula præcedentium verborum: enarrabo illam in longinquum. Joachimus Camerarius effert: Mea doctrina effundit Prophetiam, quæ manet in æternum. 2398 Etsi Lyranus & Janfenius arbitrentur, posse hæc verba accipi quasi à Siracide efformata, post interlocutionem Incarnatæ Sapientiæ hucusque à se inductam; illis nequaquam assentiendum reor, sed omnino asserendum, verba adhuc esse ipsiusmet corporatæ Sapientiæ, ac Deiparæ Virginis, qui proximè antelafpos Verficulos dilucidius explicant. Atque ita jure optimo sentiunt Fuldenis Abbas, & Palacius. Eos

audi. Insinuat (ait Rabanus) scriptor historiae hac sententia, quòd mysticus iste liber sit, & spiritualem querat intelligentiam, & quòd valde utilis sit ad legendum, quia iuxta historiam moralitatem docet, ac iuxta allegoriam, fidei imbuit sacramento. Et non desinam in progenies illorum usque ad ævum sanctum: quoniam non cessat S. Scriptura ab ævo usque in ævum docere genus humanum, quatenus intelligat ex præceptis Dei quid vitare debeat, quidve agere. Ut nemo sit, qui ritè se possit excusare, quasi nescierit quid præceptum sit in lege divina, cum Sapientia viam veritatis, & normam justitiæ palàm omnibus demonstrat. Luculenter verò Palacius, ita: Videor mihi audire Christum dicentem: Ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi. Non igitur cessabit unquam prædicatio Evangelii exterius, & prædicatio Christi interius usque ad ævum sanctum, id est æternitatem. Nota, doctrinam Evangelicam parè esse auctoritatis cum Prophetia, idè ait: Doctrinam quasi Prophetiam: utraque enim ab Spiritu sancto immediate processit; nam Spiritu sancto inspirati locuti sunt Sancti homines. Nota 2. verbum illud, quærentibus sapientiam. Si igitur Julianus Apostata, & alii non habent Evangelium ut Prophetiam, causa est, quia non quærent illi veram Sapientiam; nam eam quærentibus Evangelium ut Prophetia est. Nota 3. Mundum hunc non vocari ævum sanctum, quia totus mundus in maligno positus est. At æternitas beata, in qua nihil coinquinatum ingreditur, ævum sanctum est.

Rabanus.

Palacius

1. Joan. 5: Apoc. 2. 18

2399 Seorsim singulas sententias breviter enucleo. In primis ait: Adhuc doctrinam quasi Prophetiam, vel oraculum effundam. Cum Prophetia sit divina inspiratio, vel revelatio, eventus certâ & immobili veritate præ-

TEXTUS ILLUSTRATUS

De Christo, ac Deipara.

SECTIO XI.

Evangelicæ novæ Legis doctrina perennis, immutabilis, stabilis, & inconcussa manebit per Jesum, & Jesuparam.

2402 **H**uc indubiè spectant verba quæ verdamus, juxta proximè datam enodationem argumento comprehensam nostro: una enim ex præcipuis Christianæ Legis, & Evangelicæ doctrinæ dotibus est ejus perennitas & immutabilitas; durabit, perennabit adversus temporis injuriam omnia abfumentis, & Tyrannorum, Hæreticorumque rabiem, qui illam oppugnant, & expugnare moliantur. Quid mirum, si hoc unum est præcipuum Christi ac Deiparæ opus, in quod omnis eorum videtur desudare cura & industria? Adhuc doctrinam quasi Prophetiam effundam, & relinquam illam quærentibus sapientiam: & non desinam in progenies illorū usque in ævum sanctum. Rem totiam illustremus.

2403 Celebrat frequenter hanc Evangelicæ legis & doctrinæ perennitatem & stabilitatem Regius Vates, Pl. 118. 89. In æternum, Domine, Verbum tuum permanet in celo. De Evangelico Verbo sermo est; propterea his verbis præfixit litteram Lamed; quasi intelligentiæ clavem; significat enim disciplinam, doctrinam veluti clavo confixam, quæ hæreat fortiter, & immobiliter. Ex Hebræo & Chaldaeo vertas: In æternum stat firmiter verbum tuum. In celo, sive in cælis dicitur mansurum. Quid hoc? Certè, cum Ecclesia in Scripturis sanctis, & à Patribus celum sæpè appelletur, perinde erit, durare & perennare Verbum Dei in celo, atque in Orthodoxa Ecclesia doctrinam Evangelicam. De Ecclesia id habes Matt. 16. 18. Porta inferi non prævalent adversus eam. Quod sic explicabis cum Chrysothomo to. 5. Hom. de expulsiōe sua. Christi Ecclesiâ nihil fortius; si quis eam impugnare proponit, vires atterat necesse est: tale est enim velut si celo bellum medietur inferre. Quis ergo fundatam in celo arcem valeat demoliri? Et quis Evangelicam doctrinam in Ecclesia, uti in cælis, fundatam poterit labefactare? Perennis illa est, immutabilis, & inconcussa.

Pl. 118. 89. Evangelicæ doctrina in Ecclesia, uti in celo indeficiente, fundata perennè.

S. Chrysoth.

Necnon in sacra Scriptura qua in multis est celo similis; Job. 37. 18. S. Hieron.

S. Bonav.

2404 Si verò in celo, vel in cælis, id est, in sacris litteris, doctrinam Evangelicam permanuram explices, tibi applaudet S. Hieronymus in c. 37. Job. v. 18. ubi illa Jobi verba: Tu forsitan cum illo fabricatus es celos, qui solidissimi, quasi ære fusi sunt? Sic mysticè interpretatur: Celos Scripturas sanctas intelligimus, quæ de celo data sunt hominibus; quarum perpetuitatem ex æris soliditate voluit demonstrare. Adstipulabitur quoque S. Bonaventura in Opusc. de Eccles. Hierarc. 4. p. propè medium, ubi latè probat, sacras litteras in multis similes esse calorū orbibus; inter alia illud preme ad rem opportunius nostram. Calum inter omnia corpora magis durabile est, & firmum, & idè est perpetuum, quia cum non sit compositum ex contrariis, non habet in se principium dissolutionis. Et hoc con-

prævidens & prænuntians; Incarnata Sapientia Evangelicam suam doctrinam quasi Prophetiam appellat, quia certa, solida, & immobilis veritatis, non humano excogitata ingenio, sed divinitus revelata. Nam inter alias Prophetiæ acceptiones, una est, ex afflatu Spiritus sancti docere & exhortari ad pietatem. In quo sensu Paulus dixit 1. Corint. 14.

1. Corint. 14. 1.

S. Chryf.

Janfen.

Lyranus.

Jer. 31. 34.

Pl. 109. 1.

Mat. 28. 20.

Eccl. 1. 25.

Qua ratione doctrina Evangelicæ futura sit æterna. S. Hieron.

1. Magis autem ut prophetetis: de illis loquitur, qui ab Spiritu sancto agebantur, & revelationes doctrinæ vel exhortationis accipiebant, quod tunc frequens erat, ut Interpretes sacri observant. Effundam, dixit, peritans in eadem perennis fluminis, seu fontis metaphora: fons enim est Christiana Sapientia in sacris Scripturis contenta, fons nunquam deficiens, ut loquitur S. Chrysof. Hom. 4. de Lazaro.

2400 Ideò subdit: Relinquam illam quærentibus Sapientiam. Nam Incarnatæ Sapientiæ doctrina relicta est in litteris inspiratis, in novo & veteri testamento, veræ sapientiæ studiosis. Significat (ait Janfenius) se eam scripto relicturam posteris, ut in perpetuum ab eis legi, & audiri possit, qui studiosi sunt Sapientie. Hæc verò doctrina litteris consignata divinis, imò & ore evulgata Apostolico, nunquam deerit in Ecclesia catholica. Et non desinam, hoc est, interprete Janfenio, perseverabo semper, per scriptam à me doctrinam, in progenies illorum, qui quærent sapientiam, usque ad ævum sanctum, hoc est, usque in sæculum futurum. Similiter Lyranus: Et non desinam eos instruere per scripturam, usque ad sæculum futurum: tunc enim illud adimplebitur Jeremiæ cap. 31. 34. Non docebit vir ultra proximum suum, & vir fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum: omnes enim cognoscent me, ait Dominus. In celo nemo alium docebit, quia omnes omnia videbunt in Deo. Sic Jeremiam interpretatur S. Augustinus de Spiritu, & Littera c. 24.

2401 Observo tamen, posse illam particulam, usque, sumi uti alias similes, ut non semper affirmationem post tempus, quod notatur, si negatio præcessit; nec semper negationem, cum præcessit affirmatio, significant. Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum: non significatur postea non sellurum, sed multò magis sellurum, quia nullus habebit amplius inimicos. Matt. 28. 20. Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi: non indicat postea cum illis non futurum, sed multò magis futurum. Matt. 1. 25. dicitur de Josepho: Et non cognoscebat eam, donec peperit: ubi non significat Josephum postea cognovisse eam, sed neque eam postea cognovisse. Id exprimitur, quod est dubium; id tacetur, quod est certum. Sic in nostro casu duratura lex Evangelica, Christianaque doctrina dicitur, usque ad ævum sanctum, non quia eo adveniente, abolebitur, sed notatur tempus, in quo oppugnari & expugnari ab adversariis poterat, perfecta præteritis temporis conditione. Quæ verò ratione æterna futura sit Evangelica lex, & doctrina, explicat S. Hieronymus infra citandus. Verum est quidem, quòd librorum pellicula cum ipsis litteris abolenda sunt, sed quia subiungit Dominus: Verba autè mea non præteribunt, procul dubio quod eisdem apicibus pollicetur, erit æternum.

P. Ildeph. de Flores in Eccles.

H h h

venit

venit Scripturae veritati, que tante est firmitatis, quod non potest arte, vel ingenio immutari. Et ideo dicitur Psal. 148. Statuit ea in aeternum, & in saeculum saeculi: praecipuum posuit, & non praeteribit. Unde omnes scientiae, quae in firmitate istius Scripturae non sunt fundatae, inutiles sunt, atque vanae, juxta illud Jerem. 10. Omnes leges Gentium vanae sunt. Ecce tibi quo jure, quamque optimo statuerit David, in aeternum Verbum Domini permanere in caelo. Saepè hanc eandem perpetuitatem commendat Psaltes eo Psalmo. Tu videtis.

Isai. 40. 8. 2405 Consonat Isaias 40. 8. Omnis caro formum &c. Verbum autem Domini nostri manet in aeternum. Non longè abest à genuina interpretatione Ferrerius ibi, qui prioribus verbis designari putat omnes illas veteris legis ceremonias, quas Apostolus ad Hebr. 9. 10. appellat justitias carnis, quia carnem purificabant & justificabant, non spiritum. Praedicitur igitur Vates, legem veterem quoad ceremoniam non esse solidam & stabilem, sed ad instar fœni evanidam, desiccandam, & abolendam. Non sic Christiana lex, & Evangelicum verbum: Manebit in aeternum. Unde Petrus 1. Epist. c. 1. v. 24. hæc eadem Isaiæ verba sic citat: Verbum autem Domini manet in aeternum: hoc est autem Verbum, quod evangelizatum est in vos. Ubi Verbum sumitur, juxta Carthusiani & aliorum mentem, pro Verbo scripto, seu Scriptura sacra, & pro eo, quod praedicatur; respectu cuius omnis alia doctrina incerta & fluxa est; hæc verò perpetua, incorrupta, illibataque permanebit. Premittit hunc Isaiæ locum S. Bernardus ferm. 1. super Missus est, ita præclare: Scriptum est: Fœnum aruit, & flos decidit: Verbum autem Domini manet in aeternum. Credo non ambigis quin verbum fructus sit, &c. Sed ubi est fœnum quod aruit? Ubi est flos qui decidit? Propheta respondet: Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus tanquam flos fœni. Si omnis caro fœnum, ergo carnalis ille Judeorum populus fœnum fuit? An non fœnum aruit, dum ab omni spiritu pinguedine vacuus, sicca littera adhaesit? An non etiam flos decidit, quando gloria, quam habebat in lege, non remansit.

Matth. 24. 35. Celum & terra transibunt, verba autem mea non praeteribunt. Quid terra Ecclef. 1. 4. stabilis? de qua dicitur Ecclef. 1. 4. Generatio praeterit, & generatio advenit: terra autem in aeternum stat. Quid caelis firmius, & solidius? de quibus Job 37. 18. Qui solidissimi quasi are fusi sunt. Adhuc terra & caelo stabilior, firmior, & solidior extat Evangelica Christi doctrina. Ut enim argutè S. Hilarius ad ea Matthæi verba, Celum & terra ex conditione suae creationis nihil habent in se necessitatis, ut non sint; verba autem Christi ex aeternitate deducta, id in se continent virtutis, ut maneam. Quasi ex natura sua, quia verba Christi sunt, aeterna sint, nec vi adversa ulla labefactari possint.

2407 Nec mirum, cum doctrina Evangelica veritate fundetur aeternâ, imò aeterna ipsa veritas veluti imbibita ei sit & congenita. Pl. 118. n. 160. Principium verborum tuorum Veritas. Quod Apollinarius explicat: Tuorum quidem veritatem statuisti matrem verborum. A Matre & naturam & nomen habent sacri sermones; unde Christi doctrina, praesertim Evangelica, solet veritatis nomenclaturâ decorari. Eodem Psalmo v. 86. Omnia mandata tua veritas. Et Isai. 26. 2. Ingediatur gens custodiens veritatem, id est, Evangelium, uti Interlinealis explicat. Hinc illius perennitas, stabilitas, atque inexpugnabilitas: inclamante purpureo Vate Psal. 116. 2. Veritas Domini manet in aeternum. Evangelii Veritas, ut interpretantur Chrysostomus, & Euthymius, quæ per Christum data est: nam quæ in lege scripta sunt, non veritatem, sed umbram continebant veritatis; adveniente autem Evangelii veritate, umbra illa legis cessavit, perlante firmâ & inconcussa ipsâ Evangelicâ doctrinâ. Propria enim veritatis qualitas, sive natura est, esse immutabilem, mendacii, esse levem, inconstantem, mutabilem, & nullius ferè durationis. Proverb. 11. 18. Impius facit opus instabile. Hebraicè, opus mendacii. Et quod ibidem sequitur: Seminanti autem justitiam merces fidelis. Hebraicè, merces firma, stabilis, vel veritatis. Hinc pulchra illa Galatini observatio in sua Harmon. Cantico 2. tono 4. c. 1. litteras vocis emeth, qua significatur veritas, esse in fundamento quadratas, & amplas; illas verò, quibus nomen mendacii, sceker, absque fundamento, ac debiles: ut designetur veritatis stabilitas, & firmitas; & mendacii inconstantia & vanitas. Jam ergo de Evangelicâ doctrinâ firmitate, ob innatam ei veritatem, sic Poëta pius Psal. 110. 8. Fidelia omnia mandata ejus, confirmata in saeculum saeculi, facta in veritate & aequitate.

2408 Psal. 44. 10. Pronoptis suæ Mariæ celebrans magnalia David, ita inprimis sensu quidem primario litterali: Astiit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Ex Hebræo, & Græco veritas, ut alibi notavimus: Immobiles firmiter stetit instar columnæ, permansit, firmata est. Firmissima, constantissima, inconcussa dextrum caelestis Regis latus Mariæ perpetuò occupabit. Sed expende, quo mundo muliebri conspiciua permaneat. In vestitu deaurato circumdata varietate. Certè hunc vestitum putat Hefychius esse Christi Evangelium. S. August. Ruffinus, Hugo, & alii, ipsam Evangelicam sapientiâ. S. Basilii, aurii explicat Scripturarum textum, & varietatè diversitatè sensuum: quorum verba supra dedimus illustrantes v. 35. 36. & 37. Consonat Chaldaeus, qui transfert: Stabit liber legis in latere dexterae tuae. Itane perinde erit, stare librum legis firmum, immobilè, ac perpetuò occupantem regium Christi latus, atque Reginam Deiparam ibidem firmiter, & perenniter perstare? Ita planè sentire videtur Cretensis Orat. 2. de Assumpt. ubi Mariam appellat volumen novi Testamenti à Deo scriptum. Et Leo Imperator Ho. 6. Elegantissimum Scripturae divini Verbi Volumen. Stabit in perpetuum firmissima, quia

2409 Nec mireris, si politior, si pretiosior, si ambitiosior Deiparae ornatus sit Christi Evangelium, & Evangelica doctrina. Et enim in Thaboris summo vertice, praesentibus utriusque Testamenti summatis, cum vellet Christus Dominus summus gloriae fulgore, summamque assumptæ naturæ majestatem, & pulchritudinem explicare, sic politè vestitus, sic exquisitè ornatus apparuisse dicitur Matt. 17. 2. Vestimenta ejus facta sunt alba sicut nix. Et Marc. 9. 2. Et vestimenta ejus facta sunt splendida, & candida sicut nix, vel juxta multorum lectionem, sicut lux, vel lumen. Quæ hæc Christi vestimenta ad tam gloriosum divinæ majestatis spectaculum? Mysticè, sed argutè respondet Ambrosius lib. 7. in Lucam: Fortasse vestimenta Verbi, sermones sunt Scripturarum, & quadam intellectus indumenta divini. Consonat Origenes in Caten. S. Thomæ: Vestimenta ipsius sunt candida sicut lumen; quæ sicut sermones, & litteræ Evangeliorum, quibus Jesus est indutus. Ecce quo vestimentorum cultu exornatus appareat corporatum Verbum, ut & sumptuosior sit Thaboris gloria, & Evangelii, Evangelicæque doctrinæ portendatur conditio aeternæ Beatitudinis æmula in sua stabilitate, & perennitate, quam à Jesu illius auctore & promotore accipit. Quid mirum, eodem cultu exornatam dilaudet Deiparam suam divinus Psaltes eandem ob causam?

2410 Ad cultum muliebrem magnæ Matris spectant etiam illa Cant. 1. 11. Murentias aureas faciemus tibi vermiculatas argento, quoad usque Rex sit in recubitu suo: sic conjungunt hæc postrema verba vetustissimi Græci secuti LXX. Interpretes. Dixi superius illustrans v. 35. posse ex Hebræo verti: Volumina, libros, seu libellos aureos faciemus tibi, cum notis, punctis, manifestationibus, seu impressionibus argenteis. Cui lectioni consonat Chaldaeus, qui verba capit de duabus legis tabulis splendidis instar auri obrizi, & ordinatis per lineas digito Dei scripās. Unde S. Gregorius Magnus in hoc mundo muliebri rectissime agnoscit Scripturam sacram, Evangelicamque doctrinam sonora predicatione per Apostolos evangelizatam. Igitur promittit Sponsus Matri Virgini mundum sacrae Scripturae, novæ legis, novæque doctrinæ, collucentem auro spiritualium sensuum, & variatum suavitate eloquentiæ, sententiis, ac tropis. Certè hic cultus, hic ornatus affabre elaboratus à Christo est, sed Genetrici tuæ: Faciemus tibi, ut eo exoneris, vel potius ut illum exornes: est enim, ex mentè S. Hieronymi in Serm. de

2411 Vix Moyses primas legis tabulas à Deo acceperat, Dei ipsius manu elaboratas & scriptas, cum illic eas confregit. Exod. 32. 19. Projecit de manu tabulas, & confregit eas. Accepit deinde secundas, quas ad longa tempora integras conservavit; ut patet ex Exod. 34. 28. & Deuteron. 10. v. 1. & sequentibus. Cur, quæso, priores tabulae fractae, posteriores integræ diutius servatae? Discriminis ratio duplex mihi apparet ex sacro textu: Una, quia priores dicitur Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas, & ignorabat quod cornuta esset facies sua. Altera ratio est, quia posteriores, facie maxime conspiciente Exod. 34. 29. Cumque descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas, & ignorabat quod cornuta esset facies sua. Altera ratio est, quia posteriores, facie maxime conspiciente Exod. 34. 29. Cumque descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas, & ignorabat quod cornuta esset facies sua. Altera ratio est, quia posteriores, facie maxime conspiciente Exod. 34. 29. Cumque descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas, & ignorabat quod cornuta esset facies sua.

Verum enimverò, duplex hæc ratio aliquid arcanius præ se fert, quod ad Mariæ gloriam, jam tunc in posterioribus tabulis præfulgentem, spectare reor. Nonne verissime à S. Ephremo nuncupata Deipara est, Moysis splendor? Nonne (cum S. Methodio loquor Hom. de Purificat. B. Mariæ) Moyses ille magnus propter figuras intellectu difficiles, quæ te, Virgo, tangebant, diutius in monte commoratus, ut ignota de te Sacramenta edoceret? Certè, unum ex ignotis de Deipara Sacramentis, sive sacris secretis, & figuris intellectu difficilibus, Arca Testamenti fuit: sed in illa adumbrari Mariam Moyses agnovit, uti adumbratam prædicat omnis Ecclesia, & sanctissimi Ecclesiæ Proceres. Ecce tibi, cur posteriores tabulae tamdiu perseverant, priores contractis; quia jam tunc divinæ Mariæ fulgor in Moysis facie, & in tabulis ipsis splendide irradiabat, & prælucebat: jam tunc Deipara Virgo in Arcâ Testamenti typicè adumbrata repositorium tabularum erat, & custos vigilantissima. Sic enim præfigurabatur, per Virginem perennaturum novum Testamentum, & Evangelicam doctrinam in posterioribus tabulis præsignatam, ut expriment S. Cyprianus Serm. de Spiritu S. & S. Augustinus quæst. 144. & 166. in Exodum, & alii multi. Unde merito à S. Ildephonso appellatur Deipara, Arca novi Testamenti; Serm. S. Ildeph. 1. de Assumpt.

quin loco dimoveri possit, Regina Maria: stabit pariter cum illa & per illam firmata instar columnæ Evangelica lex & doctrina, quin labefactari valeat. Stabit Virgo immobilis, ad Christi latus, sed non inornata stabit, sed ornatissima in vestitu deaurato, Evangelio, & Evangelica doctrinâ exornata: & ipsa, & ejus ornatus aeternum stabunt, & perflabunt.

2409 Nec mireris, si politior, si pretiosior, si ambitiosior Deiparae ornatus sit Christi Evangelium, & Evangelica doctrina. Et enim in Thaboris summo vertice, praesentibus utriusque Testamenti summatis, cum vellet Christus Dominus summus gloriae fulgore, summamque assumptæ naturæ majestatem, & pulchritudinem explicare, sic politè vestitus, sic exquisitè ornatus apparuisse dicitur Matt. 17. 2. Vestimenta ejus facta sunt alba sicut nix. Et Marc. 9. 2. Et vestimenta ejus facta sunt splendida, & candida sicut nix, vel juxta multorum lectionem, sicut lux, vel lumen. Quæ hæc Christi vestimenta ad tam gloriosum divinæ majestatis spectaculum? Mysticè, sed argutè respondet Ambrosius lib. 7. in Lucam: Fortasse vestimenta Verbi, sermones sunt Scripturarum, & quadam intellectus indumenta divini. Consonat Origenes in Caten. S. Thomæ: Vestimenta ipsius sunt candida sicut lumen; quæ sicut sermones, & litteræ Evangeliorum, quibus Jesus est indutus. Ecce quo vestimentorum cultu exornatus appareat corporatum Verbum, ut & sumptuosior sit Thaboris gloria, & Evangelii, Evangelicæque doctrinæ portendatur conditio aeternæ Beatitudinis æmula in sua stabilitate, & perennitate, quam à Jesu illius auctore & promotore accipit. Quid mirum, eodem cultu exornatam dilaudet Deiparam suam divinus Psaltes eandem ob causam?

Matth. 17. 2. Marc. 9. 2.

S. Ambros. Christi vestimenta splendida sunt Evangelica doctrina. Origen.

Cant. 1. 11. Ad mundum Deiparam mulierem speculat Evangelica doctrina.

Maria species & pulchritudo Evangelica disciplina. S. Hieron.

Maria exornata doctrinâ Evangelicâ, uti vestitu deaurato. Chald. Perinde est stare Deiparam immobiliter ad Christi latus, atque similiter stare doctrinam Evangelicam. Cretens. Leo Imper.

P. Ildeph. de Flores in Ecclef.

Assumptione, Maria forma disciplinae Christi, id est, facies, species, pulchritudo, venustas, non fucata, non caduca, non brevi duratura, sed in perpetuum adversus temporis injurias. Hinc Evangelicæ doctrinæ perennitas, & stabilitas illis verbis designata: Quoad usque, vel donec Rex sit in accubitu suo, aut in mensa sua: id est, usque ad consummationem saeculi, quod Siracides nositer dixit: Usque in ævum sanctum.

2411 Vix Moyses primas legis tabulas à Deo acceperat, Dei ipsius manu elaboratas & scriptas, cum illic eas confregit. Exod. 32. 19. Projecit de manu tabulas, & confregit eas. Accepit deinde secundas, quas ad longa tempora integras conservavit; ut patet ex Exod. 34. 28. & Deuteron. 10. v. 1. & sequentibus. Cur, quæso, priores tabulae fractae, posteriores integræ diutius servatae? Discriminis ratio duplex mihi apparet ex sacro textu: Una, quia priores dicitur Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas, & ignorabat quod cornuta esset facies sua. Altera ratio est, quia posteriores, facie maxime conspiciente Exod. 34. 29. Cumque descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas, & ignorabat quod cornuta esset facies sua. Altera ratio est, quia posteriores, facie maxime conspiciente Exod. 34. 29. Cumque descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas, & ignorabat quod cornuta esset facies sua.

Verum enimverò, duplex hæc ratio aliquid arcanius præ se fert, quod ad Mariæ gloriam, jam tunc in posterioribus tabulis præfulgentem, spectare reor. Nonne verissime à S. Ephremo nuncupata Deipara est, Moysis splendor? Nonne (cum S. Methodio loquor Hom. de Purificat. B. Mariæ) Moyses ille magnus propter figuras intellectu difficiles, quæ te, Virgo, tangebant, diutius in monte commoratus, ut ignota de te Sacramenta edoceret? Certè, unum ex ignotis de Deipara Sacramentis, sive sacris secretis, & figuris intellectu difficilibus, Arca Testamenti fuit: sed in illa adumbrari Mariam Moyses agnovit, uti adumbratam prædicat omnis Ecclesia, & sanctissimi Ecclesiæ Proceres. Ecce tibi, cur posteriores tabulae tamdiu perseverant, priores contractis; quia jam tunc divinæ Mariæ fulgor in Moysis facie, & in tabulis ipsis splendide irradiabat, & prælucebat: jam tunc Deipara Virgo in Arcâ Testamenti typicè adumbrata repositorium tabularum erat, & custos vigilantissima. Sic enim præfigurabatur, per Virginem perennaturum novum Testamentum, & Evangelicam doctrinam in posterioribus tabulis præsignatam, ut expriment S. Cyprianus Serm. de Spiritu S. & S. Augustinus quæst. 144. & 166. in Exodum, & alii multi. Unde merito à S. Ildephonso appellatur Deipara, Arca novi Testamenti; Serm. S. Ildeph. 1. de Assumpt.

Posteriorum tabularum perennitas per Mariam.

Hhh 2 Verf.